trinitas personarū per modum demonstrationis ex necessitate concludentis: tamen inuestigatur per modum cuiusdam adaptionis: et hoc sufficit ad rationē vestigij cum sit repræsentatio imperfecta. Ad secundam dicēdū q̄ procedit ex falso intellectu. l. q̄ mod⁹ rei sit res aliqua creatura alia ab ea cuius est modus: faciens cū ipsa compositionem q̄d nō est verū vt declaratū fuit in corpore solutionis. Ad tertiam dicēdū q̄ pro tanto lucis natura dicit nō fuisse creata in numero pondere ⁊ mēsura: q: eius effectus est minus limitatus q̄ aliarū rerum: simpliciter tamen cum luce sunt ista creata.

Adaptatione q̄dā a creaturis cōclūdim⁹ trīa.

Ad scōam.

F Ad tertiā

G Sentētia in gnali.

¶ Secunda pars Tertie distinctionis.

Ancvero iam ad eā peruenia/mus. Superius ostēdit magister trinitatē psonarum ⁊ vnitatē essentie p similitudinē vestigij. Hic ostēdit hoc idē per similitudinēz imaginis q̄ in creatura rationali specialiter habet esse. Et diuidit in tres partes. Primo ostendit subiectū imaginis. Scōo ostēdit scōm quid attēdit imago. Tertio ex omnib⁹ q̄ dicta sunt cōcludit vnitatē essentie ⁊ trinitatē personarū. Scōa ibi: Ecce ergo mens. Tertia ibi: Quapropter iuxta istā. Scōa aūt istarū in qua ostēdit fm q̄d attēdit imago: diuidit in duas ptes. Prīo eñ assignat imaginē fz potētias. Scōo fm habit⁹. Scōa ibi: pōt aūt alio mō. Itē prīa diuidit ī tres ptes. Prīo ostēdit imaginis ptes. Scōo ostendit in eis similitudinē trīū psonarū. Tertio dissimilitudinē. Scōa ibi. hec ergo tria: vt ait. Tertia ibi: verūtū caueat. Adhuc, scōa istarū ī q̄ ostēdit similitudinē psonarū ī potētijs diuidit in tres. Primo inducit, pbationē. Scōo ponit quorūdam dictorū manifestationē. Tertio excludit quandaz dubitationē. Scōa ibi: mens autē hic accipendū. Tertia ibi: hic aduertendū. Illa pars in qua assignat imaginē secūdū habitū diuidit in tres. Primo eñ assignat partes imaginis. Secūdo, pbat in eis similitudinē psonarū. Tertio cōcludit suū intētū. Secūda ibi. Hec aūt tria cū sint distincta. Tertia ibi: mēs itaq; rōnalis. Hec est sentētia magistri in gnali.

H Snia distinctiōis ī speciali.

In speciali aūt sic procedit magister dicēs: q: imago dei qui est omnipotēs in excellentiori parte hominis. l. in mēte q̄renda est: nō solū pro ut est gratia infōmata: sed fm sua naturalia: q: fm suam naturā est capax dei: ⁊ particeps esse pōt ei⁹. Et hoc est esse imaginē. postea assignat imaginē in mēte fm potētias (dicens) q: secundū q̄ mens meminit sui intelligit se: vult se: inuenit imago trinitatis in memoria: intelligētia et volūtate. Deinde ostēdit similitudinē trīū psonarū. Et prīo q̄tū ad consubstātialē. Illā eñ cōsubstantialitatē habēt adinuicē: q: sunt vna mens ⁊ vna essentia. Scōo q̄tū ad distinctionē psonarū: scz q: habēt diuersaz relationē. Tertio q̄tū ad qualitatem: sunt eñ adinuicē equalia sicut psone diuine quaz equalitatem probat per hoc q̄ se inuicē capiunt ⁊ includūt: q: quelibet dictarum personarū capit aliā: ⁊ quelibet capit oēs. Et ideo q̄libet est equalis oīb⁹. Quicq̄d est obiectū vni⁹ est obiectū oīum. Q̄d aūt memoria se capiat ostendit sic: quicquid est presens memorie est in memoria: sed memoria est sibi presens: ergo tota seipsam capit. Itē quicq̄d itelligo et volo illud intelligo me scire ⁊ velle: sed q̄d scio me intelligere est in memoria: ergo d̄cquid intelligo ⁊ volo est in memoria mea ergo memoria tota se capit et intelligētiā ad voluntatē. Q̄d vero intelligentia capiat singula sic probat Augustin⁹. Omne q̄d non est ignotū est in intelligētia: sed quicquid est volitū vel intellectū in memoria existens nō est ignotū: ergo oē hmōi est intelligentia ⁊ ab ipsa capit intelligētia: ergo alias capit. Q̄d etiā volūtas singula capiat sic, pbat. Omne illud quo vtor est in volūtate mea ⁊ ab ea capit vt obiectum: sed omni eo q̄d volo vel intelligo vel memor: vtor: ergo oē hmōi est in volūtate mea: cū ab ipsa capiat vt obiectū voluntas ergo seipsam capit ⁊ alias potētias. Postea determinat quēdā ⁊ prīo quū accipit mēs: ⁊ dicit q: mens: pōt hic accipi dupliciter. vel pro tota aīa vel cōuenīēti⁹ pro eo q̄d est in ea excellentius. Secundo dicit q: memoria nō est trīs pteritorū et absentiū: sed pseniū: alias se nō caperet. Postea excludit quādā obiectionē ⁊ q̄rit prīo quō ista tria sunt vna essentia cū nō videant esse substātia: sed naturalis proprietas ipsius aīe: nulla aūt ,ppietas est essentia: cū in essentia nō sit diuersitas ⁊ relatio mutua: ⁊ soluit dicēs q̄d ideo dicunt vna substātia eo q̄ nō accidentaliter sed essentialiter sunt in ipsa essentia aīe. Postea ostendit in istis potētijs dissimilitudinē respectu diuinarū psonarū et ponit duplicē dissimilitudinē. Prima est in trinitate diuina: trinitas est vnus deus. Hec vero tres potētie nō sunt vn⁹ homo: sed hominis vni⁹. Secūda q: psona vni⁹ hoīs hz tres potētias illas. Sz ī diuinis vna persona nō hz trinitatē: vnde istē tres persone nō videnē esse persone vni⁹ dei: ⁊ addit q: in istis potentiis est imago nō solum respectu sui: sed etiā respectu dei. Postea assignāt alio mō imaginem dei scz fm habitū: ⁊ dicit q: in mēte notitia ⁊ amor: et imago trinitatis. Postea ostēdit similitudinē trīū psonarū in istis. Et prīo quātū ad substantialitatē: q: hec tria vnū sunt. Scōo q̄tū ad originē: q: ex mēte ,pcedit notitia ⁊ ab vtroq; amor: sicut vna persona diuina ab alia ,pcedit Tertio q̄tū ad equalitatē q: in q̄tū est mens in trīs se amat ⁊ diligit: et vtrūq; istorū in altero cōcludit. Postea ex vnitate q̄ in istis imagine apparet cōcludit vnū deū: si eñ essent duo dij vel alter supfluerет: si vtroq; esset pfectissim⁹: vel alter esset insufficiēs. Ultimo ex prēdictis cōcludit veritatē fidei scilicet q: in diuinis est vnitas essentie in trinitate psonarū: quas psonas necesse est esse distictas relatiōe processionis ⁊ hec est snia magistri ī spāli. Secūda pars tertie distinctionis. Vtrum in homine sit imago trinitatis.

¶ Questio prima.

I Quest. j.

Ircā secundam partem principalem huius tertie distinctionis in qua magister tractat de imagine trinitatis. Primo q̄rit vtrū in hoīe sit imago trinitatis. Et postea q̄rit de partib⁹ imaginis.

Queritur ergo primo vtrum in homine sit imago trinitatis. Et videt q̄ nō q: beatus Hylarius lib. o de synodis dicit q: imago est eius rei ad quā imaginat species indifferēs: sed nulla vna species indifferens pōt esse trinitatis diuine et aīe nostre: ergo in aīa nostra non est imago trinitatis. Itē infinitas diuina non habet, imaginē in aliqua creatura: ergo nec trinitas. antecedēs patet: q: in creaturis nihil est q̄d repræsentet infinitatē diuinā. ,pbatio cōsequentie: q: oīs infinitas diuina sufficiēter inuestigat ex creaturis non aūt trinitas: ,pter q̄d magis deberet habere imaginē q̄ trinitas. ¶ In cōtrariū est q̄d dicitur Heñ. j. Faciamus hominē ad imaginē ⁊ similitudinē nostrā. Et Augusti. xiiij. de trinita. dicit q: anima nostra eo ipso ad imaginē dei est q: capax eius particeps esse pōt. ¶ Responsio. duo videnda sunt. Primuz est quid sit de ratione imaginis. Scōm est qualiter imago trinitatis sit in nobis. ¶ Quantū ad primū est intelligendū q: imago ex ,portat duo. Primū est similitudo ad id cui⁹ est imago nō quēcūq; sed secūdū ea q̄ demōstrāt rem expressius vt apud sensum color et figura. Et hoc patet in his q̄bus vulgariter nomē imaginis attribuimus. Si eñ alterū deēst non dicimus esse cōpletā imaginē: sed quia istud non sufficit: multa eñ sunt sibi similia in colore et figura: et in his q̄ rem expssius repræsentāt quorū vnū nō est alterū imago sicut ouum ⁊ tūcunq; sit alio ouo simile nō dicitur ei⁹ imago: ideo requiritur secundū scz q̄ sit similitudo ab imaginato expressa actiue vel exēplariter. dicit eñ imago quasi imagitagō: q: fit ad alterius similitudinē vel imitationē modis quib⁹ dictū est. Exemplariter quidē sicut pictor facit imaginē Herculis vel sortis inspiciēs ⁊ cōsiderans ad sortē tanq̄ ad exēplar. Actiue aūt sicut pater gnat filiū sibi similem. Et sic duo sunt de ratione imaginis: scz similitudo q̄tū ad ea q̄ expressius rē repræsentāt: ⁊ q: exprimat ab imaginato actiue vel exēplariter. ,pter primū verius nō dicit imago hoīs licet originē ab homine q: nō est similis. ,pter secundū ouū nō est imago ouī: Iz sit simile q: nō exprimitur ab eo nec exēplariter nec actiue. Hoc quātū ad primum. Quātum ad secundum dicendum quod in homine est imago trinitatis: q̄d patet q: in trinitate vera est vnitas essentie cuz pluralitate psonarū quarū secūda originat a prīa: ⁊ tertia ab vtraq; sed in hoīe est inuenire tres potētias in vna essentia: quarū potētiarū scōa aliqualiter originat a prima: et tertia ab vtraq; vt infra patebit: ergo in homine est q̄dā imitatio et imago trinitatis. Potentie autē he fm quas imago attendit secundū nomen suū sunt memoria intelligentia ⁊ volūtas de quarū vnitate ⁊ origine postea queretur.

Ad imaginē duo requisita.

A Scōo ar.

¶ Ad primā rationē in oppositū dicendū q̄d aliquozū pōt esse species indifferens dupliciter. Ēno modo participādo eandē naturam secūdū spēm sicut filij⁹ similim⁹ patri dicit imago patris. Et hoc modo in creatura nō est imago dei. Alio modo dicit aliq̄d imago alterius non quidem participando eādē naturā secundū speciem sed alterā speciē tamen demonstrantē: sicut imago herculis dicitur aliq̄d sculptum in lapide vel pictū in pariete: q̄d licet sit alterius nature tū Herculem repræsentat: ⁊ hoc modo in creaturis inuenit imago trinitatis et species indifferens sicut intendit Hylarius: Ad secundū dicendū quod nō est simile de trinitate ⁊ infinitate: q: licet infinitas in deo possit inuestigari ex creaturis ⁊ nō trinitas: tū infinitas cōuenit deo per abnegationē ei⁹ q̄d est in creatura: scilicet p abnegationē finis et limitationis propter quod nihil simile hz in creaturis quod possit dici eius imago: trinitas autē nō cōuenit deo q̄ talē abnegationem. Et ideo potest habere aliquid quod sit eius imitatiuum et aliqualiter imago.

B Ad. j. pū.

Ad. ij. pū.

¶ Vtrum potentie anime sint idem quod essentia.

¶ Questio secunda.

C Quest. ij.

Postea querit de partib⁹ imaginis que sunt quo ad potentias: scilicet de memoria intelligentia et voluntate: et queritur primo de habitudine earum ad essentiam anime. Et deinde de habitudine earū inter se. Quantū ad primū queritur vtrū potentie anime sint idem quod essentia anime vel aliq̄d additū. Et videt quod sint idem: primo q: ptes vestigij nō dicūt aliquid realiter differens a re vel additum in qua re est vestigiū: ergo nec partes imaginis que ⁊ potētie aīe dicunt aliq̄d realiter differēs ab anima in qua est imago: antecedēs patet ex precedentibus: cōsequētia tenet per similē vt videt. Scōo sic: essentia aīe aut est p se intellectiua sensitiua et vegetatiua: aut p accidens. Non p accidēs q: rationale est differētia hominis similiter sensitiuū ⁊ vegetatiuū sunt differētie in predicamento substantie que sumuntur p se a forma alioquin si cōueniret rei p formā fm accidens nō ponerenī in diffinitione indicante quid est res: conueniunt ergo anime per se. Et hoc sic: q̄d est intellectiuuz per se potest habere actū intelligendi sine quocūq; alio: sed essentia anime est per se intellectiua: ergo pōt in actū intelligendi sine quocūq; alio addito: nō potest autē sine potētia ergo potētia nō est aliq̄d additū essentie. Tertio sic omnis forma q̄ est ratio agendi si p se subsisteret posset elicere actum (sicut si calor per se subsisteret posset calefacere) Si ergo intellectus addit aliquam naturam absolutam super essentiam anime poterit per potentiam diuinam ab ea separari et per se subsistere: et sic poterit elicere actum intelligendi: hoc autem est impossibile: quia tale accidens posset beatificari. Quarto q: materia est sua potentia passiua: forma vero accidentalis sua potentia actiua: vt calor: ergo pari ratione anima est sua potentia qualiscunq; sit illa actiua vel passiua. consequentia patet ex vtroq; antecedente. Ex primo sic: forme est agere sicut materie pati. Et ideo secundum cōmentatorem transmutatio fecit scire materiam et actio formam: sed materia per essentiam pariē ⁊ non per aliquid additū sicut si materia per essentiā suā nō subiceret immediate transmutationi sed per aliq̄d additū trāsmutatio non demonstraret materiā sed aliquid additum

Argu. j.

Argu. ij.

Argu. iij.

Arg. iiij.

Argu. iij. pū.